



Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

3. Gabriel miraculum miraculo confirmat. Virgo consentit. Concipitur
Christus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO III.

*Gabriel miraculum miraculo confir-
mat. Virgo consentit. Concipi-
tur Christus.*

I. **E**Cce Elisabeth cognata tua, & ipsa con-
cepit filium in senectute sua : & hic
mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis :
quia non erit impossibile apud Deum omne
verbum. *Luc. 1. v. 36. & 37.*

II. Dixit autem Maria : Ecce ancilla Do-
mini : fiat mihi secundum verbum tuum.
Luc. 1. v. 38.

III. Et Verbum caro factum est, & ha-
bitavit in nobis. *Ioan. 1. v. 14.* Et discessit
ab illa Angelus. *Luc. 1. v. 38.*

MEDITATIO IV.

Maria Visitat Elisabetham.

I. **E**Xurgens autem Maria in diebus illis
abiit in Montana cum festinatione, in
civitatem Iuda. *Luc. 1. v. 39.*

II. Et intravit in domum Zachariæ, &
salutavit Elisabeth. *Luc. 1. v. 40.*

III. Et factum est, ut audivit salutatio-
nem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in